maior ꝛ minor. ex parte igit pncipiorꝫ sunt due diuersita
tes. Tertia diuersitas est ex parte modi cognoscendi. qa
ɔclusio aliqua põt cognosci vel p sensum vt qa video lu/
nã eclipsari. vel p rõnẽ qa scio ꝙ ibi iterponit terra. 4ᵃ di
uersitas est ex pte sciaꝝ qa aliq̃ ɔcl'o pbat p aliquã sciaꝫ
subalternãtẽ. aliq̃ ṽo p subalternatã. Qd̃ g̃ phs ait ꝙ oꝫ
pcognoscẽ oĩa pncipia aut q̃dã. vel põt referri ad diuersi
tatẽ pncipiorũ: vel ad diuersitatẽ pmissarũ: vel ad diuersi
tatẽ modorũ cog̃scẽdi: vel ad diuersitatẽ sciarũ. Si refe/
rat ad diuersitatẽ pncipiorũ. tũc erit sensus ꝙ ad proba
tionẽ alicuiꝰ ɔcl'onis cõcurrit pncipium p se notum vt di
gnitates ꝛ pncipiũ nõ per se notũ vt mediũ demõstratio
nis qd̃ ingredit demrationẽ ſm subam. videmꝰ. n. ꝙ ad
pbationẽ huiꝰ ꝯnis. triãgulus hẽt tres. ɔcurrit hoc pri/
cipiũ. que vni ꝛ eidẽ sunt equalia. ꝛ cõcurrit hoc mediũ.
qa hẽt angulũ extrinsecũ equalẽtẽ duobus extrinsecis.
pmũ pricipiũ est p se notũ aliud ṽo videt esse eq̃ ignotuꝫ
sicut ɔclusio nã ignorãs geometriam eq̃ dubitabit de an
gulo extrinseco sicut de hẽre tres: ꝛ eq̃ dubitabit vtrum
triãgulus hẽat hmõi angulũ. similr vtruꝫ hẽat tres. opꝫ
ergo pcognoscẽ oĩa pncipia aut q̃dã añ ꝯnẽ qa si nõ pco
gnoscimus oĩa vt si nõ pcognoscimus pncipia ppria in/
grediẽtia demõstrationẽ ſm subam: pcognoscimꝰ tamen
q̃dã pnᵃ vt dignitates. q̃ ingrediunt ſm ṽtutẽ. Scd̃o hoc
põt exponi referẽdo hoc ad diuersitatẽ pmissarum. dice/
bat enim supra ꝙ maior pcognoscit tpe ɔclusione. sed q̃ꝫ
tũ ad minorẽ simul iducẽs cognouit tpe. g̃ ꝛ si nõ pcogno
scunt oẽs pmisse. qa nõ opꝫ ꝙ pcognoscat minor: pcogno
scunt tñ q̃dã: qa pcognoscit maior. In sillis aũt demrati
uis pcognoscunt maiores tpe nõ minores. Tertio mõ pt
exponi ista referẽdo hec ad diuersitatẽ modorũ cognoscẽ
di. nã vt dicebat aliqñ ɔclusio aliq̃ cognoscit p sensum vt
qa sic video eẽ aliqñ cognoscit p rõnẽ ꝛ p ppria pncipia.
Cũ g̃ cognoscit p sensuꝫ nõ opꝫ pncipia eẽ pcognita vt si
vides solẽ eclipsari. ꝛ ex hʒ scis eẽ eclipsim solis nõ opꝫ te
pcognoscẽ interpositionẽ lune: sꝫ si p rõnes ꝛ p ppa pnci
pia habes noticiã de eclipsi solis opꝫ te illa pncipia pco
gnoscẽ p q̃ solis eclipsis cognoscit. pncipia g̃ oꝫ pcogno/
scẽ. ꝛ si nõ oĩa. i. si nõ q̃ꝫtũ ad oẽm modum cognitiõis. tñ
opꝫ te pcognoscẽ q̃dã. i. q̃ꝫtum ad quẽdã modũ. nã si nõ
opꝫ te pcognoscẽ principia put nosti ꝯnẽ modo sensitiuo
vt p viã sensus. opꝫ tamẽ te pcognoscẽ ea put nosti ꝯneꝫ
modo rõcinatiuo ꝛ p ppria pncipia. Quarto mõ põt ex
poni ista qd̃ di referẽdo ad diuersas scias. nã lꝫ scia sub/
alternãs ꝛ supior resoluat vsq̧ in pnᵃ p se nota. scia tñ sub
alternata ꝛ iferior nõ semp resoluit vsq̧ i pncipia p se no
ta: sed aliqñ resoluit vsq̧ in pncipia q̃ in supiori scia sunt
pbata. ɔcl'ones g̃ perspectiue pbant p aliq̃ pncipia no/
ta in perspectiua ꝛ p aliq̃ pncipia nota in supiori sciai vt i
geometria. ¶ Ad sciẽdum g̃ aliq̃ꝫ ɔcl'onẽ perspectiuã. ꝛ M
si nõ opꝫ scire oĩa pncipia. qꝛ aliq̃ pncipia psupponit per
spectiuꝰ q ſm ꝙ hꝫ nescit illa. opꝫ tñ pscire q̃dã qa opꝫ p
scire pnᵃ illa q̃ in pspectiua scia sunt pbata. ¶ Ex oĩbꝰ g̃ N
his põt vna talis ṽitas declarari. ꝙ si ɔcl'o nõ sit scita via
sensus sed sit scita per propria pricipia. ꝛ p demõstratio/
nẽ opꝫ pscire vel oĩa pnᵃ p que pbat illa ɔclusio q̃ꝫtuꝫ ad
sciam subalternãtẽ vel saltẽ opꝫ pscire q̃dã q̃ꝫtũ ad sciam
subalternatã. vel alr opꝫ pscire si nõ oĩa salteꝫ opꝫ pscire
q̃dã: qa opꝫ pscire dignitates. vel adhuc alr. oꝫ pscire ẽe
tpe. ꝛ si nõ oĩa pncipia. qa nõ opꝫ sic pscire minorẽ. tñ oꝫ
pscire q̃dã qꝛ oꝫ pscire dignitates ꝛ maiorẽ. nõ est. n. itel/
ligibile aliquẽ p demõstrationẽ ꝛ per ppria pricipia co/
gnoscẽ ɔclusionẽ aliq̃ꝫ ꝛ nõ magis assentire principijs il
lis. Jd̃ cũ vult phs ostẽdẽ principia eẽ magis nota. sem/

per loquit de noticia conclusionis. vt habet per demfa/
tione ꝛ p ppa pncipia. nō aūt vt habet via sensus ꝛ p ex
A piētiā. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs. vtrū aliqs possit
esse magl dispositi⁹ ꝗ̄ sciēs: vt phs in lra vr innuē. ¶ Dōm
ꝙ fm qsdā lꝫ sit hn̄ dcīsutū hoc dicit pp habitū pncipio
rū. qꝛ hn̄s habitū pncipiorū est meli⁹ dispositi⁹ ꝗ̄ sciēs. i.
ꝗ̄ hn̄s habitū ꝯnum. Sed hoc nō sufficē videt. nā cū ha/
bitus pncipiorū includit habitū cōclusionū eo ꝙ per pn
cipia cognoscit ꝯclusio. nō videt esse distinctio faciēda i/
ter ea q̄ se īferūt iuicē ꝛ includūt. Propter qd̄ sciēdū ꝙ h
pōt tripl'r dīsicari. pmo vt referat ad diuersitatē modo ꝑ
significādi. 2⁹ vt referat ad diuersitatē sciarū. 3⁹. vt refera
tur ad diuersitatē cōplexionū. Pōt. n. ꝯtingē ꝙ aliqs via
sensus cognoscat ꝯnē aliquā vt eclipsim lune qꝛ vidit lu
nā eclipsari. Rursus pōt ꝯtingē ꝙ aliquis cognoscat pn
ci pia aliqua. ꝛ tamē ignoret conclusionē que pōt ex illis
pncipijs elici vt aliqs posset scire motus orbiū celestium
ꝛ scire quō sol ꝛ luna pñt hēre oppositionē in situ ita ꝙ
vnū sit in capite draconis ꝛ aliud in cauda. ꝛ scire ꝙ i ta/
li oppōne iterponit terra int' vtrūqꝫ: ꝛ tn̄ nō pcracter quō
ex tali interpōne causat eclipsis. possumus. n. scire pp qd
ꝛ ignorare qꝛ vt dr̄ in ca. de subalternatione sciaꝝ. Sciēs
ḡ pncipia p que hēt fieri eclipsis est meli⁹ dispositi⁹ ꝗ̄ qui
scit nō p ppa pn̄⁹: sed via sensus cognoscat ipsam eclipsiꝫ
Scdō mō hoc pōt exponi ꝗ̄tum ad diuersitatē sciarū. vt
pꝫ in scia subalternāte ꝛ subalternata sicut medicina sub
alternat scie nālī. videmus. n. multos sciētes artē medici
ne cognoscētes vrinā ꝛ faciētes bonas curas ignorantes
tn̄ phiaꝫ nālē. Et videmus multos nāles phos ignorare
medicinā. Cum ḡ in scia subalternāte tradantur pncipia
scientie subalternate. sciēs scientiam subalternātem hn̄s
noticiā pncipiorū est melius dispositi⁹ ꝗ̄ sciens scientiam
B subalternatā hn̄s noticiā ꝯnum. ¶ Nālis. n. phus igno/
rās medicinā est meli⁹ dispositi⁹ ꝗ̄ medicus ignorās nālē
phiam. argumētū aut factū in ꝯriū supponebat falsum
vꝫ. ꝙ non possit sciri ꝯclusio pncipijs ignotis: pꝫ. n. ꝙ p
sciam subalternatā ꝛ p viaꝫ sensus pñt sciri alique ꝯnes
quarū pncipia ignorant. lꝫ illud scire non sit scire potissi/
mum: sed sit scire quodāmodo ꝛ fm qd. ad scire. n. potis/
simū semp reqrit cognitio pnciplorum ꝛ causarū. Simpl'r
ergo loquēdo ꝯclusiones ꝛ de se dicūt ignote ꝛ nō cogno/
scunt nisi p pncipia vt supius dicebat. Tertio mō expo/
ni pōt referēdo hoc ad diuersitatē cōplexionuꝫ. nā ille q
est aptus mēte ꝛ mollis carne. dato ꝙ non sit exercitat⁹ i
scia est meli⁹ dispositus ad sciēdum pp bonitatē comple/
xionis ꝗ̄ durus carne ꝛ si p lōga tpa studio insudauerit.
Qliterc ūqꝫ tamē ꝯtingat siue sit sciēs siue sit meli⁹ disposi
tus fm modos pdictos nō pōt magis credere his que
nō nouit ꝗ̄ his que nouit. Et qꝛ si nō magis credim⁹ pn/
cipijs ꝗ̄ ꝯclusioni scite p pn̄⁹ vt est p habita manifestum.
magis crederem⁹ his que nō nouimus ꝗ̄ his que noui/
m⁹. cū ḡ hoc 2ᵐ sit impoīe est etiā ipoīe ꝛ pmum. vt ꝙ no
his non sint pn̄⁹ magis nota. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magis autē debētem hēre sciam p demon
stratione. Non solum opꝫ pncipia magis co/
gnoscere ꝛ magis ipsis credere ꝗ̄ ei quod de
monstrat. sed neqꝫ aliud ipso credibilius esse:
neqꝫ notius oppositis principijs ex quib⁹ erit
syllogismus ꝯrie deceptionis siquidem opor
tet ꝛ scientem nō incredibileꝫ esse simpliciter.
Argir. ¶ Atqꝫ ei qui per demonstratione scientiaꝫ est
habiturus: non solū ipsa principia magis no/
ta magisqꝫ credita sint: ꝗ̄ id qd̄ ex ipsis osten
dit: sed etiaꝫ nihil ꝓrsus eorum que pncipijs
opponunt ex qbus erit ratiocinatio falsa ve/
reqꝫ contraria: credibilius sit aut notius prin
cipijs ipsis oportet: quippe cuꝫ enim qui sim
pliciter est scientiam consecutus: nunꝗ̄ ab ea
persuasione vlla dimoueri oporteat.

¶ Adducit 3ᵐ rōnē sumptā ex eo ꝙ pncipijs debem⁹ fir/
mit' adherē. Formet aūt sic rō qcunqꝫ simpl'r credit pnci
pijs ꝛ firmit' adheret eis nō solū sunt ei pn̄⁹ magl nota in
ꝟitate: sed ēt opposita pn̄ᵒʳ sunt ei magl nota in falsitate:
sed qlꝫ oꝫ pncipijs firmit' adherē. ḡ ꝛc. h ē ḡ qd̄ ait. (ma/
gis aūt). i. amplius ꝗ̄ dcm̄ sit dicē possum⁹ ꝙ (debētē ha
bere sciam p demōstrationē nō solū opꝫ pus pn̄⁹ magl co
gnoscē ꝛ ipis magis credē) s. in ꝟitate (ꝗ̄ ei qd̄ demfa/
tur). i. ꝯni (sed neqꝫ ipo). i. ab ipo (aliqd pōt eē credibili⁹
nec noti⁹ oppositis pncipijs) s. i falsitate (ex qb⁹) oppo/
sitis pncipijs (erit syll's ꝯrie deceptōis.). i. ignorātie. To
tū h qd̄ dcm̄ est rest ꝯcl'o ꝓbāda. vꝫ. ꝙ opꝫ pn̄⁹ eē magl no
ta in ꝟitate ꝛ opposita magis nota in falsitate. Et subdit
(siqdē oꝫ sciētē) simpl'r (nō icredibilē eē) s. pncipijs. hec
est rō p quā ꝓbat. nā qꝛ nō dēmus esse incredibiles pnci
pijs sed dēm⁹ firmit' adherē illis. iō pn̄⁹ debēt nobis esse
magis nota in ꝟitate, ꝛ opposita in falsitate qꝛ firmit' ad
herēs ꝛ nō dubitās de ꝟitate alicui⁹ pncipij nō dubitat d
falsitate oppositi. ¶ Nōn̄ aūt ꝙ cū tres assignauerit rō C
nes ꝙ magis debēt esse nota pn̄⁹ ꝗ̄ ꝯcl'o. in qlꝫ rōne men
tionē fecit de ꝯne nota p demōstrationē ꝛ p sua pn̄⁹: qꝛ vt
sepe ꝛ sepi⁹ dcm̄ est: si p viā sensus vel alr ꝗ̄ p demōstra/
tionē vel p sua pn̄⁹ esset nota aliq̄ ꝯcl'o in tali noticia non
oꝫ eē magl nota pncipia ꝗ̄ illā ꝯnē. ¶ Notādum etiā ꝙ D
differt falsigraphus a syll'o ignorātie vel a syll'o ꝯrie
deceptōis. qꝛ syll's ignorātie accipit opposita pncipioꝝ:
vt si dicat geometer ꝙ linee ducte de pūcto ad pūctū sūt
eq̄les. dicet syll's ꝯrie deceptōis ꝙ hmōi linee nō sūt eq̄/
les. falsigraphus tn̄ accipit eadē pn̄⁹: sed male itelligit il/
la vt si accipiat geometer ꝙ linee ducte de pūcto ad pun
ctū sunt eq̄les h idē pn̄ᵐ accipit falsigraphus ad ꝓbāduꝫ
circuli q̄draturā. sed geometer hēt de hoc pncipio bonū
intellectū. qꝛ intelligit de lineis rectis. falsigraphus aūt
hēt intell'm puersum qꝛ intelligit de chorda ꝛ arcu. ꝛc.

¶ Quibusdam quideꝫ igit pp id qd̄ opꝫ pma T.c.6
scire nō videt scia esse simpl'r. Quibusdā autē
esse qdē: oium tn̄ demonstrationē esse. quorū
neutrū neqꝫ verum neqꝫ necessariū est.

¶ Sunt autem quibus nō vr̄ esse scientia pro/ Argir.
pterea ꝙ ipsa pma sciant oportet: sunt etiā q/
bus esse qdē vr̄ demōstrationes tamen oium
esse: quorum neutrū sane verū aut nec̄iuꝫ est.

¶ Postꝗ̄ ostēdit phs ꝙ demfatio est ex pmis veris. ꝛ de/
clarauit ꝙ scire est p demfationeꝫ. In pte ista vt dicebat
remouet quosdā errores q possent hic originē ex pdictꝭ.
Sunt aūt hꝭ errores duo. Prim⁹ est. ꝙ nihil ꝯtigit scire.
nā si nō est scire nisi p pma. ꝛ pma nō ꝯtigit scire. qꝛ vl' nō
est deuenire ad ipa vel nō habēt cās p q̄s sciant. vr̄ oino
ꝯcludi ꝙ nihil ꝯtigit scire. Scdō error est. ꝙ oiuꝫ sit scia
p demfationē. hi. n. sic errātes volētes saluare ꝙ cōtigat
esse sciam: ꝛ ꝙ ꝯtingat scire: nō credentes ꝙ possit eē scia
nisi p demfationē: ꝯcesserunt ꝙ oia pñt sciri p demōstra/
tionē ꝛ ꝙ cōtigat circulariter demfare. Tria ergo facit
qꝛ p̄ narrat hꝭ errores. 2⁹ adducit errorū rōnes. 3⁹ destruit
errores ipos. secūda ibi (Supponētes. n.). 3⁹ ibi (Nos au
tē dicimus) Dicit ḡ (Quibusdā igit qdē pp id quod opꝫ

pma scire nō videtur esse sciētia).q.d.ꝙ qdaꝫ negauerūt
esse sciam.qa cum oporteat scire pma.i.pncipia ad hoc
ꝙ sit sciētia:ꝛ qa vt pbabāt impossibile est scire pma.iō
vt dicebaẜ impossibile est aliquid scire. Et subdit(qbus/
dam autem)s.videbaẜ(omniuꝫ qdē esse demonstratio/
nē).q.d.ꝙ alius error est ꝙ omnia possint demr̄ari(quo
rū).s.(neutrū nec verū est neqꝫ necessariuꝫ)neutra.n.ha/
rū opinionuꝫ vā est.ꝛ nulla earum est necessaria.i.nulla
earum habet rōnes necessarias.¶ Deinde cum dicit.

¶ Supponētes.n.nō esse oīno scire.hi in infi/
nitū volunt reduci tanqꝫ sint vtiqꝫ sciētes po/
steriora propter prima:quoꝝ non esse pma re
cte dicētes. Impossibile.n.est infinita trāsire.

Argir. ¶ Qui nāqꝫ sciaꝫ non esse omnino ponūt.hii
censent ascendēdum esse in infinituꝫ: propter
ea ꝙ posteriora non sciūtur:ob ea priora quo/
rum prima nō sunt. Recte quidē dicentes:fie
ri enim nō pōt vt infinita quisqꝫ pertranseat.

¶ Adducit hoꝝ errorū rōnes ꝛ fulcimēta. Circa qđ duo
fac.qa pmo ondit quō fulciebāt errorē suū dicētes ꝙ nō
ꝯtingit scire.2° declarat.quō defendebāt errorē suū dicē/
tes ꝙ poterāt oia demr̄ari ibi(Quidā.n.ꝙ ipsum scire).
Circa pmū duo fac.qa pmo ondit quō aliq pbāt nō esse
sciam si in cāis sit abire in infi^m.2° declarat quō negabāt
esse sciam si sit deuenire ad aliqua pma ibi(Et si stent)In
pma pte itēdit talē rōnē.vbicūqꝫ est abire in infi^m non est
deuenire ad aliq̄ pma ꝛ p ꝯns nec p pma cōtigit scire po
steriora:imo h posito nihil ꝯtingit scire.igiẜ si in cāis est
abire in ifi^m nō est deuenire ad aliq̄ p^a nec p p^a cōtigit scire
posteriora.ꝛ p ꝯns nihil aliud ꝯtigit scire.hoc est g ꝙ ait
(Supponētes.n.nō eē oīno scire.hi ad ifi^m volunt redu/
ci).i.volūt ꝙ effect⁹ reducaẜ in ifinitas cās(tanqꝫ nō sint
vtiqꝫ sciētes posteriora p p^a)qꝛ si est pcedē in infi^m in cāis
non eēt ibi dare aliq̄ p^a p q possint sciri posteriora. iō sub
dit(quoꝝ)s.reductoꝝ in ifi^m vel quoꝝ ifinitorū(nō esse
E p^a recte sunt dicētes.ipo^le est.n.ifinita ptrāsire).¶ No/
tandū aūt ꝙ cū vltra p^a nō sit pcessus:sed ibi sit stat⁹ ꝛ ibi
sit finis.si in infinitis eēt deuenire vsqꝫ ad p^a.ifinita habe
rēt finē ꝛ ꝯtigeret infi^a ptrāsire. Recte g ondt dicētes ifini/
toꝝ nō eē p^a.qa po^le est infi^a ptrāsire ꝛ in infinitis ipo^le est
F vsqꝫ ad p^a deuenire.¶ Notandū est etiā ꝙ si non est scire
nisi p p^a cū in ifinitis nō sint aliq̄ p^a posito pcessu in ifinitum
G tolliẜ oē scire.¶ Dubitaret forte aliqs vtruꝫ hec ppō sit
vā.ꝙ si in cāis esset pcessus in ifi^m ꝙ tolleret oē scire. Et
vr ꝙ non.qꝛ sic res se hꝫ ad eē sic se hēt ad cognosci vt pꝫ
tex.? p^i ex.2.meta.sed sed̄m opionē phi pōt aliqd eē ex infinitis
cāis.g sic pōt ꝛ cognosci.nā si s^m opionē phi.mūdus est
etern⁹.hūc filiū pcesserūt infiniti patres i sed cū qcqd est
cā cāe sit cā cāti.nō solū pater est cā filii:sed auus q est cā
pris.ꝛ pau⁹ q est cā aui.ꝛ sic in infi^m. Erit g iste fili⁹ ex ifi
nitis prib⁹.ꝛ p ꝯns pōt aliq̄ res esse ex infinitis cāis. ꝛ pari
H rōne poterit cognosci.¶ Dōm ꝙ s^m cōmētatorem in.8.
phycoꝝ in causis p se nō pōt eē pcessus in ifi^m:sed in cāis
p acc͞ns. Accidit.n.isti martello ꝙ pcesserūt ipm infiniti
martelli.ꝛ accidit isti filio ꝙ sit ex ifinitis patrib⁹.ars eniꝫ
fabrilis ꝛ quelibet ars hꝫ finita organa.pōt tamē hēre i/
finita p acc͞ns. sic sol ꝛ homo ꝛ alie cause p se q cōcurrūt
ad gnationē hoīs sunt finite. Sed̄m tn̄ viā phi.ꝙ mun
dus sit eternus successiue fuerūt hoīes infiniti.sed h est p
accidēs.qꝛ si vnus hō posset durare in toto tpe nō opor/
teret pcessisse infinitos homines.nec eēt hic filius ex infi
nitis prībus. Cum g scia nō sit p cās per acc͞ns.sed p cās
per se:si impo^le est cās p se multiplicari in infinitū ipo^le
est aliqd sciri ex infinitis causis. Utruꝫ autē via Aristo.de
eternitate mundi sit vā ondim⁹ diffuse in.8.phycoꝝ.da/ Per cō/
to tn̄ ꝙ vera eēt ifinitas causarū:nō repugnaret sciētie qa ēt s^m textū to
illam nō possint eē ifinite cāe alicui p se sed per accidens ti⁹ libri.
de quibus non considerat sciētia.¶ Deinde cum dicit.

¶ Si vero stent ꝛ sint principia. hec ignota eē
cum demōstratio ipsorū non sit quod vero di
cunt esse scire solum. Si.n.non est prima scire
neqꝫ que sunt ex eis est scire simpliciter neqꝫ
proprie sed ex conditione si illa sint.

¶ Quod si statur ac pncipia sunt:hec incogni Argir.
ta dicuntur esse cum ipsorum non sit demon/
stratio:quod quidem solum inquiunt esse sci
re:quod si fieri non potest vt pma sciantur:ne
qꝫ fieri posse dicūt vt ea que proficiscuntur ex
illis sciantur simpliciter proprieue:sed ex sup
positione dumtaxat si illa sint.

¶ Adducit rōnē negātiū sciam si sit status in cāis. Forme
tur aūt sic rō. Ignoratis pmis nihil sciẜ. Sed dato ꝙ sit sta/
tus in causis.ꝛ ꝙ oꝫ deuenire ad aliq̄ p^a.opꝫ illa p^a igno/
rare cū nō hēant cās p q̄s sciant.illis g ignoratis nihil sciẜ.
hoc est g qđ ait.ꝯtinuaẜ aūt lr̄a sic.dcm̄ est ꝙ si in cāis sit
pcessus in infinitum ꝙ non contingit scire (ꝛ si stent).i.
si sit status i causis(ꝛ si sint pncipia).i.ꝛ si sit deuenire ad
aliq̄ pn^a(hec ignota esse)s.opꝫ(cum nō sit demōstratio
ipsoꝝ).i.cū p^a non hēant cās p q̄s sciantẜ ꝛ demr̄enẜ(qđ)
s.scire p cās ꝛ demr̄onē(solū dicūt eē vē scire. Si vo nō
est).i.si nō ꝯtingit p^a scire.(neqꝫ q sunt ex ipsis non est).i.
nō ꝯtingit(scire simplr̄ nec pprie)Ignoratis.n.pmis nō ꝯti/
git scire alia simplr̄ (sed)si sciunẜ h est(ex conditiōe).i.ex
suppōne(si sint illa).i.si sint p^a. ¶ Dubitaret forte aliqs I
dato ꝙ ignorenẜ p^a vtrū possent sciri alia.ꝛ vr ꝙ sic. nam
geometer nō resoluit vsqꝫ in pmā cām nec est aliq̄ geome
trica demr̄atio q resoluat vsqꝫ i pmā cāꝫ.sed pbaẜ demō
stratiue ꝙ triāgulus hꝫ tres.qꝛ hꝫ angulū extrisecum.ꝛ
ondiẜ p demr̄ationē ꝙ sup qualꝫ lineā pōt qlꝫ triāgulus
collocari.eo ꝙ sup qđcūqꝫ caput cuiuslꝫ linee potes cir/
culū qntū vis spaciū occupādo describē.si g scire est p de/
mōstrationē.ꝛ demr̄atio nō resoluit vsqꝫ ad pn^a.g pōt eē
scia ignoratis pmis.¶ Dōm ꝙ vt pꝫ p habita.aliq̄ ingre/ K
diunẜ demr̄ationē s^m subam.aliq̄ vo s^m vtutē.qntuꝫ ad
ea q ingrediunẜ demr̄ationē s^m subam nō sit resolō vsqꝫ
ad oia pma.qꝛ inẜ ppōnes oīno pmas pmū locū obtinēt
dignitates q nō igrediunẜ demr̄ationē s^m subamꝫ:sꝫ qntū
ad ea q igrediunẜ demr̄ationē s^m vtutē nihil sciẜ demō/
stratiue nisi fiat resolutio vsqꝫ ad pma:vt pꝫ in ppōnibus
geometricis.nā si pma ppō ondit scđam.scđa tertiā. ter/
tia q̄rtā ꝛ sic deinceps nescis q̄rtaꝫ nisi scias tertiā.tertiā
vel secūdam scire nō potes nisi scias pmā.ꝙ si tu scires p
pōnē quartā vel tertiā ꝛ ignorares aliq̄ pcedētiū vt tā/
giẜ in lr̄a nō scires illā ppōnē simplr̄.nō.n.posses dice
re simplr̄ ꝙ tertia ppō eēt vā:sed posses dicē ꝙ eēt vā si
pcedētes sunt vē. Erit g hec reductio ꝙ ppōnes reducūẜ
in pmā ppōnē.ppō vo pma reduciẜ in suppōnes.suppō
nes aūt geometre vel petitiōes reducunẜ in positiōes siue
in cōes animi ꝯceptiones siue in dignitates.¶ Nulla.n. L
ꝯclō pfecte sciẜ nisi fiat reductio vsqꝫ in suppōnes q igre/
di pnt demr̄onē s^m subaꝫ. ꝛ ipse suppōnes nō sunt note
nisi sciaẜ quō reducunẜ in dignitates q igrediunẜ demr̄a
tionē s^m vtutē.ipse.n.dignitates nō sciunẜ nisi sciaẜ quō
reducunẜ in hāc dignitatē supmā.q est de qlibet affirma
tio.p h.n.pn^m ꝛ hāc dignitatē s^m cōmētatorē cetē digni/

tates alie roborant̄. hec etiā dignitas. de q̄lꝫ affirmatio. q̄ est p̄n͡ᵐ cōplexū reducit̄ in p̄n͡ᵐ incōplexū. vꝫ in ens vel in eē. Fundat̄. n. hec dignitas imediate sup ipso ente siue ipso eē. ipm aūt ens siue ipsum esse reducit̄ in ens siue in esse p̄ᵐ. nihil ḡ pōt sciri simpl'r ignorato ente p̄. q ḡ ignorat hūc ordinē ꝛ nescit sic scita reducē sciat se nihil scire. bn̄ ḡ dcm̄ est ꝙ cōmētator ait in. 7. meta. ꝙ non pōt sciri hec q̄litas sine particularis demr̄atiue ignorata p̄ma cā. nō ḡ scit̄ aliq̄d nisi sciat̄ p̄ma cā. ꝛ nihil scit̄ p̄ma cā ignorata sed ad h̄ scire nō opꝫ pscire p̄mā cām s̄m subaꝫ nec q̄d est: sed sufficit de ea scire q̄m est cā ꝛ q꞉ est. Qd̄ ḡ arguit̄ ꝙ in demōstratiōib⁹ nō fit resolutio vsq꞉ ad p̄mā cām pꝫ ꝙ lꝫ nō fiat talis resol'o q̄ꝫtum ad ea q̄ ingrediunt̄ demr̄ationē s̄m substam: fit tn̄ q̄ꝫtū ad ea q̄ igrediunt̄ demr̄ationē s̄m v̄tutē.

A ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs. vtrū oporteat dignitates sic resoluē vsq꞉ ad p̄mā cām. Et v̄r ꝙ non q꞉ dignitates sunt ille q̄s q̄libet pbat auditas. Sūt autē dignitates q̄si locus ianue in domo quē nullus ignorat. ḡ cū dignitates sint sic in apto sic se offerūt itellectui ꝙ q̄libet itellecta significatiōe terminorum ꝯfirmat eas v̄as esse. cū nō q̄libet sciat eas resoluē vsq꞉ in p̄maꝫ cām ad h̄ ꝙ dignitates sint note ꝛ ad h̄ ꝙ assentiam⁹ eis nō opꝫ ꝙ sciam⁹ eas sic resoluē. ¶ In ꝯtiū est qd̄ superiori problemate dicebat̄.

B ¶ Dōm ꝙ quodāmō sic ꝯtigit de his dignitatib⁹ sicut ꝛ circa logicā videm⁹ ꝯtingē. Nā ydiote vtunt̄ arte dyalectica: sed sine arte. videm⁹. n. ydiotas ꝛ arguē ꝛ formare rōnes ad qd̄libet ꝓpositū. cū tn̄ modū arguendi ꝛ rōcinādi doceat logica. ydiotarū ḡ est arguē ꝛ rōcinari: sed ydiotarū nō est scire q̄s modus arguēdi sit ꝛ sed dyalecticorū. ꝛ cū syll's int̄ argumētatiōes sit potior. dyalecticorū est scire absoluē syll'os in ꝓpōnes ꝛ termios. ꝛ q̄ nesciret h̄ facē nō mereret̄ dici dyalectic⁹. sic ꝛ in ꝓposito pn̄t ydiote scire ꝙ totum est mai⁹ sua pte. ꝛ de q̄lꝫ opꝫ affirmationē vel negationē eē verā: sed nullus scit has dignitates mō sciētifico vel p modū artis nisi sciat eas vsq꞉ ad minima resoluē. Modus ḡ scientificus req̄rit vt sciamus ꝯc'onē quācūq꞉ volum⁹ scire sciētifice resoluē in p̄missas. p̄missas in suppōnes. suppōnes in dignitates. dignitates oēs in dignitatē cōmunissimā. de quolibet affirmatio vel negatio. Dignitatē autē hāc debemus scire reducē in ens vel esse. ens autē vel esse in ens p̄mū. q autē hūc modū reductionis ignorat lꝫ possit aliqua scire mō ydiotarū nihil tn̄ sciētifice nouit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quidam autem ꝙ ipsum quidem scire scit ꝛ cōfitent̄. per demonstrationē eni esse solū: sed oīum esse demonstrationem nihil ꝓhibet s̄m eos. Contingit enim circulariter fieri demonstrationem: ꝛ ex his que sunt adinuicem.

Argu. ¶ At scōi de mō q̄dē sciēdi ꝯsentiūt: p demr̄ationē eni solū esse sciam dicūt verum oīum demonstrationē esse: nihil inquiunt prohibere. Fieri enim potest vt demonstratio circuli modo versetur: omniaq꞉ mutuo demonstrētur.

¶ Ponit aliū errorē. vꝫ. ꝙ oia sciunt̄ demr̄atiue ꝛ ꝙ ꝯtigit circulo demr̄are. d. (q̄dā. n.) su. dn̄t (ꝙ ipꝫ scire sit). i. ꝯfitent̄ (p demr̄onē. solū. n. eē) su. scire (sꝫ s̄ꝫ eos nihil ꝓhibꝫ oīuꝫ eē demr̄onē. ꝯtigit. n.) s̄ꝫ ipsos (circularit̄ demr̄onē fieri) s̄m. n. hos ꝯnes demōstrant̄ ex p̄ncipijs: imo ꝛ h̄. i. p̄ncipia (ex his). i. ex ꝯnibus demr̄ant̄ (que). s. p̄ncipia ꝛ ꝯnes (sūt sibi adinuicē) demōstrabilia. positio ergo istoꝝ est ꝙ sit. i. ꝯtingat aliquid scire ꝛ nihil cōtingat scire nisi per demōstrationē. volūt tamē ꝙ oīuꝫ demr̄atio sit. ꝛ ꝙ ꝯtingat circulariter demōstrare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nos aūt dicimus: neq꞉ oēm sciam demonstratiuā esse: sed imediatoꝝ indemr̄abilē esse.

¶ Nos aūt dicim⁹ nec oēꝫ sciaꝫ eē demr̄atiuā: sed eoꝝ que medijs vacāt idemōstrabilē esse. Argu.

¶ Improbat errores p̄dictos. Circa qd̄ duo facit. q꞉ p̄ iprobat errorē ponētiū ꝙ nihil ꝯtigit scire. 2ᵒ errorē ponētiū ꝙ oia pn̄t sciri p demr̄onē: ꝛ ꝙ contingit circularit̄ demr̄are ibi (Circulatio q̄q꞉) Circa p̄ᵐ duo fac̄. q꞉ p̄ᵒ ꝓponit qd̄ intēdit. 2ᵒ manifestat qd̄ dixerat ibi (Et ꝙ hec q̄dē) Dicit aūt (nos dicim⁹ nō oīum sciam p demr̄onē esse). i. non oia sciri demr̄atiue (sed imediatorū indemr̄abilē) su. esse sciam. q. d. ꝙ imediata p̄ncipia sciunt̄ nō per demonstrationem sed indemōstrabiliter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et h̄ ꝙ nec̄cium sit. quidē manifestuꝫ est. Si eni necesse est quid est scire p̄ora ex quibus est demōstratio. Stant autē imediata aliquando hec priora indemonstrabilia necesse est esse.

¶ Qd̄ q̄dē nec̄cium esse pꝫ: nā si necessariū q̄dē est vt priora sciantur ꝛ ea ex quibus conficitur demōstratio: statur autē tandē in hisce que vacant medijs: hec indemōstrabilia nec̄e est eē. Argu.

¶ Manifestat ꝙ dixerat. dixerat. n. ꝙ aliq̄ sunt imediata. ꝛ ꝙ eoꝝ est scia: sꝫ nō p demr̄ationē. Jō duo fac̄. q꞉ p̄ᵒ declarat ꝙ opꝫ deuenire ad aliq̄ imediata q̄bus nō sunt alia p̄ora. 2ᵒ on̄dit q̄uo illoꝝ est scia ibi (Et hoc igit̄ dicim⁹) Dicit ergo ꝙ (hoc q̄dē) su. qd̄ dcm̄ est (necessarium sit manifestum est) ex dicēdis. on̄det̄. n. ꝙ sunt aliq̄ imediata ꝛ p̄ma. ꝛ declarabit̄ q̄uo illoruꝫ sit scia. iō ait (si. n. nec̄e est scire p̄ora ex q̄b⁹ est demr̄atio. stāt autē aliq̄n imediata). i. opꝫ in talib⁹ nō ire in ifinitū sed opꝫ in eis eē statū ꝛ deuenire vsq꞉ ad imediata. ꝛ subdit ꝙ (hec q̄dē p̄ora ꝛ imediata nec̄e est idemr̄abilia eē). ¶ Notādum autē ꝙ cum in demōstratiōe ꝓbet̄ passio de subiecto opꝫ ꝙ ꝓbet h̄ꝫ demōstrationē esse medium int̄ subm ꝛ passionē siue int̄ maiorē ꝛ minorē extremitatē. Et q꞉ int̄ duos termios nō pn̄t esse ifinita media opꝫ deuenire vsq꞉ ad imediata. naꝫ si hoc ꝓbat̄ p hoc ꝛ illud p aliud ibit̄ in in̄ᵐ: sed opꝫ deuenire ad aliud ꝙ ita imediate ihereat subo ꝙ inter illud ꝛ subm nō possit assignari aliqd̄ mediū p qd̄ possit demr̄ari. dicē aūt esse infi͡ᵗ media int̄ subm ꝛ p̄tū ꝛ inter q̄cūq꞉ duo aliq̄. est dicē infi͡ᵐ esse finitū. nā q̄cq̄d est iter aliq̄ que sunt termini ꝛ fines eius illud ē finitū. ḡ oē tale est finitū ꝛ terminatuꝫ qd̄ hꝫ fines ꝛ terminos. q̄re si infinita eēnt int̄ aliq̄ duo: siue iter aliq̄s duos fines ꝛ termios infinita eēnt finita ꝛ terminata: qd̄ est ipossibile. bn̄ ergo dcm̄ est ꝙ hmōi media stant: ꝛ ꝙ est deuenire vsq꞉ ad imediata q̄ demonstrari non possunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hoc igit̄ sic dicimus. ꝛ nō soluꝫ sciaꝫ sed ꝛ principium scie eē qd̄dā dicimus. ipsa. n. cognoscimus. inq̄ꝫtum terminos cognoscim⁹.

¶ Hoc igit̄ ita sese habere dicimus: vt non solū sciam: sed ꝛ principium scientie quoddam esse asserim⁹: quo termios ip̄os cognoscim⁹. Argu.

¶ Ostēso ꝙ est deuenire vsq꞉ ad imediata p̄nᵃ. declarat q̄liter hꝫ p̄nᵃ sciunt̄. d. (ꝛ h̄ igit̄ dicim⁹ sic) esse imediata (ꝛ) dicim⁹ su. eorū (non solū esse sciam sed etiā esse qd̄dā p̄nᵐ scie) Noticia. n. p̄nciplorū nō solū meret̄ dici scia: sꝫ et̄ p̄ncipiū qd̄dā scie. nā p p̄nᵃ cetera alia cognoscunt̄. ꝛ subdit d. su. (hꝫ p̄nᵃ cognosci inquātū terminos cognoscim⁹) scim⁹. n. ꝙ oē totū est mai⁹ sua parte si cognouerim⁹ termi-

norū sigñata ꝛ sciuerim⁹ qd iportaṫ noie toti⁹ ꝛ qd ipor/
D taṫ noie ptis. ℭ Dubitaret forte aliqs. vtrū pncipiorū sit
scia. ꝛ vtrū possimus dic̄e nos scire pn̄ᵃ. ℭ Dōm φ semꝑ
mot⁹ ille ſm quem ꝑ ferṫ potētia siue sit habitualis siue
actualis. sortitur nomē potētie: eo φ sit pōe prim⁹. mo/
tus autē alius sortiṫ nomē aliud qḋ pꝫ ex pte volūtatis.
nā volūtas pmo ferṫ in finē postea ferṫ in ea q̄ sunt ad fi/
nē: ipse aūt motus ad finē ꝛ ipse appetit⁹ finis eo φ mul/
tū sit prim⁹ pōe ꝛ sit immediat⁹ illi iō sortiṫ nomē pōe ꝛ dr̄
volūtas: motus aūt in ea q̄ sunt ad finē hꝫ aliud nomē. ꝛ
Cap. 8. dr̄ electio vt̄ ſm phm in. 3. ethi. volūtas est finis. electio
eoꝝ q̄ sunt ad finē. Et sicut se hēt ex pte volūtatis respcū
finis ꝛ eorū que sunt ad finē sic se hēt intell's respectu pn
cipiorū ꝛ ꝯnū. nam intell's imediate ferṫ in pnᵃ. mediate
aūt in ꝯnes ipse ḡ mot⁹ in pnᵃ ꝛ ipsa cognitio pncipioꝝ
eo φ est prima intellectui ꝛ eo φ intellect⁹ imediate fer
tur in illa sortitur sibi idē nomē cū potētia ꝛ dr̄ itellect⁹.
ipse ergo habitus pncipiorū siue ipsa habitualis cogni/
tio eoꝝ dr̄ intellectus. cognitio aūt ꝯnum dr̄ scia. ꝑprie ḡ
loquēdo de scia pncipia nō sciunṫ: sed itelligunṫ. in vt cōi
ter poniṫ accipiēdo sciaꝫ large pro oi certitudinali cogni
tione pncipia sciunṫ. q: certissime cognoscunṫ. imo ħ mō
loquēdo de scia pnᵃ nō solū sciunṫ sed eorū noticia est pn
E cipium scie. ℭ Ulterius forte dubitaret aliqs quō veruꝫ
sit φ pncipia cognoscimus: inq̄ꝫtum terminos cognosci/
mus. ℭ Dōm φ sicut ꝯtingit circa esse reruꝫ cognitionē
ꝯtingit enim aliqua entia esse ꝑ alia. aliq̄ vero esse per se.
ꝛ ea que sunt ꝑ se sunt cā q̄re sunt ea q̄ sunt ꝑ alia. sic aliq̄
sunt nota per alia aliq̄ sunt nota ꝑ se. ꝛ ea q̄ ꝑ se nota sūt:
sunt cā q̄re cognoscunṫ ea q̄ ꝑ alia cognoscūṫ. in oi. n. ge/
nere qḋ est ꝑ se tale est cā ꝛ rō q̄re alia sunt talia. Princi/
pia ergo huiusmodi sunt ꝑpōnes maxīe siue dignitates
sunt nota ꝑ se. i. per cām existētē in se. l. seipsis. n. habēt cāꝫ
sue noticie. cōponunṫ. n. ex talib⁹ gn̄alib⁹ terminis φ eo/
rū sigñatiōe nota statī eis assentim⁹. nā scito qd iportaṫ
ꝑ hūc terminū totū ꝛ ꝑ hūc terminū ps. scitis. n. rōnibus
horū terminorū. vel sciꝫ terīs. i. diffōnib⁹ hoꝝ dictionū.
vt scito qd est totū q: est tātūdē ꝛ ampli⁹. i. ē tm̄ q̄ꝫta est
q̄cūqꝫ ps sua. ꝛ adhuc ampli⁹ cogimur ad ꝯcedēdū φ to
tū est mai⁹ sua pte. q: est tm̄ q̄ꝫta est ps ꝛ adhuc āpli⁹ ꝛc.

ℭ Circulo quoqꝫ qḋ īpossibile sit demōstrare
simplr̄ manifestū est. Si vō ex priorib⁹ opꝫ de
mōstrationē esse ꝛ notiorib⁹. Impossibile eni
eadē simul sibiipsis priora esse ꝛ posteriora.

Argu. ℭ Et etiam patere dicimus fieri nō posse vt cir
culi modo demonstratio simpliciter cōuerta/
tur: si demonstrationem ex prioribus oportet
ac notioribus esse: fieri enim nequit vt eisdem
eadem simul priora sint atqꝫ posteriora.

ℭ Postq̄ꝫ phs ipugnauit errorē dicētiū φ nihil ꝯtigit sci/
re. in pte ista ipugnat errorē dicētiū φ oīuꝫ ē scia ꝑ demō
strationē: q: ꝯtigit oia circulo demrāre. Circa qḋ tria fa
cit hꝫ φ tripl'r iprobat hūc errorē. hec. n. pō q̄dāmō tria
ponit. q̄ꝝ pᵐ est. q: pōt circulo demrāri. 2ᵐ est φ ꝑ hō de/
mōstrationē aggeneraṫ in nobis scia. 3ᵐ est φ oīuꝫ ꝯtigit
eē sciaꝫ ꝑ hō circularē demrōnē. pᵒ ḡ iprobat φ nō ꝯtigit
circulo demrāre. 2ᵒ φ ex hō demrārōē nō aggeneraṫ scia.
3ᵒ φ talis scia nō pōt eē oīuꝫ. 2ᵒ ibi. (Accidit āt dicētib⁹)
3ᵒ ibi (At vō neqꝫ ħ pōe) Circa pᵐ duo fac̄. q: pᵒ ad suum
ꝑpositū adducit q̄ꝫdā rōnē. 2ᵒ remouet quādā cauillosaꝫ
rn̄sionē ibi. (Nisi altero mō). Dicit ḡ (circulo q̄qꝫ φ im/
pōe sit demrāri simplr̄ manifestū ē. si vō ex priorib⁹ ꝛ no/
tiorib⁹ opꝫ demrātionē eē. Impōe est. n. eadē sibi ipsis

simul ꝛ priora ꝛ posteriora esse) Formaṫ autē sic ratio. si
contingeret circulo demōstrare cū demōstratio sit ex ꝑo
ribus ꝛ notioribus: eadē sibiipsis eēnt ꝑora ꝛ posterio/
ra ꝛ magis ꝛ minus nota. hoc est impōe. ergo ꝛ pmuꝫ.
ℭ Notandū autē φ circulo demōstrare est φ ꝑ pncipiū F
ostēdatur ꝯclusio ꝛ ecōuerso ꝑ ꝯclusionē pnᵐ: vt sicut in
circulo itur ab eodē in idē. ꝛ ille idē pūctus qui primo ac
cipiebaṫ pncipiū postea accipiṫ finis. sic in circulari de/
mōstratione opꝫ φ eatur ab eodē in ideꝫ. vt eadē ꝑposi/
tio que pus fuit pmissa. ꝛ habuit rōnē pncipij postea fiat
ꝯcl'o ꝛ hēat rōnē finis. Et q: in demōstrationib⁹ pncipia
sunt ꝑora ꝛ notiora ꝯcl'onibus. q̄re si ab aliq̄ concludeṫ
aliqd. ꝛ postea circulariter ꝯcludeṫ ab illo. idem respcū
eiusdē eēt pnᵐ ꝛ ꝯclusio. ꝛ ꝑ ꝯn̄s eēt pus ꝛ posteri⁹ ꝛ ma
gis ꝛ min⁹ notū: qḋ est impōe. imo in circulatiōe nō so/
lū idē respectu eiusdē sit nunc pnᵐ nunc ꝯcl'o. sed ēt vt pa
tebit: q: ꝑ circularē ꝑcessum ipse seipsuꝫ ꝯcludit. nō solū
idē respcū eiusd.: sed etiā respectu suiipsius erit pus ꝛ po
sterius ꝛ min⁹ ꝛ magis notū: qḋ est oino absurdum. Im/
pōe est ergo circulo demrāre. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Nisi altero modo vt hec quideꝫ ad nos illa
vero simplr̄ quo certe modo inductio facit no
tum. Si autem sic est nō erit vtiqꝫ simplr̄ bene G
determinatum sed dupliciter aut non simpli/
citer altera demōstratio fit ex nobis notiorib⁹.

ℭ Nisi altero modo: veluti si alia nostra ex par Argu.
te: alia simpliciter dicantur: quo quidem mo/
do facit inductio notum. Quod si ita sit: non
bene est diffinitum ipsuꝫ simpliciter scire: sed
est sane duplex. An altera demōstratio que fit:
ex hisce que nobis sunt notiora: non est sim/
pliciter demonstratio.

ℭ Remouet quādā cauillosam rn̄sionē. ꝯtinueṫ aūt sic. di
ctū est φ ipōe est circulo demrāre (nisi altero mō). i. nisi
forte aliquis velit respōdē ꝛ dīc φ ꝯtingit aliqd demrā/
ri circulariter sed mō altero. i. diuerso (vt hec q̄dē demō/
stratio sit quo ad nos. illa vero sit simplr̄ φ vno mō). vꝫ.
quo ad nos (iductio facit notū) q: ꝑcedit ex singularib⁹
ꝛ ex sensibilibus que sunt nobis pus nota. hanc ḡ cauil/
losam rn̄sionē remouet. d. (si aūt sic est). i. si ꝯtingit circu/
lariter demrāre sed mō diuerso ꝛ altero (nō vtiqꝫ erit sim
plr̄ scire bn̄ determinatū) vel diffinitū (sed duplr̄). i. opor
tet nos ꝯcedē φ scire dicaṫ duplr̄ (aut) si. opꝫ nos ꝯcedē
φ (altera demōstratio que fit ex notioribus nobis nō sit
simplr̄) si. demrātio. ℭ Notādū aūt φ scire de quo ħ lo H
quiṫ phs est scire potissimū. ꝛ demōstratio potissima. nā
si aliqd demonstraret aliud potissime ꝛ econuerso si illō
demōstraret ipm nō potissime nec ꝑ demōstrationeꝫ po/
tissimā: nō eēt ibi ꝑprie circulatio: q: non esset ꝑcessus ab
eodē in idē eodē mō. imo alio ꝛ alio mō. Cū. n. figura cir
cularis tota sit vniformis nullā difformitatē in suis par/
tib⁹ debꝫ hēre: ad circulationē non sufficit ꝑcessus ab eo/
dē in idē nisi hō ꝑcessus sit vniformis. ℭ Notādum etiā I
φ ꝑcedē ab eodē in idē ſm ꝑcessum difformē non negat
phs q: ꝑ cām cognosciṫ effect⁹ ꝛ ꝑ effectū cā: sed difformi
ter est hoc: q: ꝑcessus a cā in effectū est demrātio ꝑp̄ qd.
ecōuerso aūt est demrātio q:. sed i hō ꝑcessu nō ē ꝑprie cir/
culatio vt ē ꝑ habita manifestū. ℭ Notādū autē φ scire K
simplr̄ ꝛ scire potissimū qḋ fuit supra determinatū ꝛ dif/
finitū nō est nisi vno mō. vꝫ. cognoscē ꝑ cām ꝛ qm̄ illi⁹ cā
est ꝛ φ nō ꝯtigit alr̄ se hīe. Si ḡ bn̄ diffinitū est qd ē scire
ꝛ scire potissimū sit ēt nisi vno mō. illa ḡ demrātio q̄ est ꝑ
cām erit simplr̄ ꝛ potissima. Illa aūt q̄ est ꝑ effectuꝫ q̄ ad

nos non erit simpliciter demõstratio. nõ ergo põt aliqđ
demonstrare aliud ⁊ ecõuerso nisi varief processus ita ꝙ
vna sit demõstratio potissima. alia võ nõ potissima. ⁊ qꝛ
demonstrare altero modo ⁊ variare ꝓcessũ impedit cir/
culationem. ideo impossibile est aliqđ proprie circulo de
A monstrare. ¶ Notãdũ etiã vt cõiter ponif. syll's dyalecti
cus põt eẽ circularis. qꝛ syll's dyalecticus ꝓcedit ex his
que sunt nota nobis ⁊ ex ꝓbabilibus. contingit aũt idez
esse minus ⁊ magis notũ quo ad diuersos. vel ꝯtigit idẽ
alr ⁊ alr acceptũ esse magis ⁊ minus probabile quo ad
nos. vt medea in eo ꝙ mr erat magis ꝓbabile ꝙ dilige/
ret. in eo aũt ꝙ interficiẽs ꝙ odiret. non variaf ergo pro
cessus dyalecticus qui dꝫ esse ex probabilibus si ꝑmissa
fiat ꝯclõ ⁊ econuerso. qꝛ vtraqꝫ alr ⁊ alr accepta vel quo
ad alios ⁊ ad alios põt esse magis ⁊ minus probabilis:
sed cũ processus demfatiuus sit ex causis si premissa fiat
ꝯclõ ⁊ ecõuerso opꝫ variari processum. poterit igitur syl
B logism⁹ dyalecticus esse circularis nõ demfatio. ¶ Dubi
taret forte aliqs vtrũ oporteat verã esse ꝯnam pħi ꝙ nõ
ꝯtingit circulo demõstrare. ⁊ ꝙ vnũ ⁊ idem respectu eiuſ
dez nõ possint esse simplr ⁊ fm nãm magis ⁊ minus no/
tũ. vꝫ ꝙ nõ: qꝛ vt in. 5. meta. scribif. aliq̃ duo sic se habere
possunt ꝙ vnũ est cã alterius ⁊ ecõuerso vt sanitas est cã
potõis. ⁊ potio sanitatis. Si igif ꝑ sanitatez demonstref
potio vt qꝛ talis est sanitas iõ dꝫ talẽ potionẽ eẽ. ⁊ econ/
uerso si ꝑ potionẽ demõstref sanitas: vt qꝛ talis est potio
iõ sic humores adeq̃t ⁊ efficit hõ sanitatez. erit demfatio
circularis ⁊ q̃libꝫ demfatio erit potissima qꝛ q̃libꝫ ẽ per
cãꝫ. qꝛ erit ex ꝑoꝛib⁹ ⁊ notioꝛib⁹ simplr ⁊ quo ad nãm qꝛ
fꝫ noie cãe iportari vꝫ aliqđ prius ⁊ noti⁹ fm nãm: imo si
vnũ põt esse cã alterius ⁊ ecõuerso vꝫ ꝙ idẽ sit pri⁹ ⁊ no/
tius aliquo simplr ⁊ quo ad nãm: ⁊ ecõuerso: qđ negare
C pħs videf. ¶ Dõm ꝙ in diuersis generib⁹ causaꝝ vt su/
pra dicebatur ꝯtingit idẽ eẽ cãm alterius ⁊ ecõuerso. vt
potio ẽ cã sanitatis in gñe cãe efficiẽtis ⁊ sanitas ẽ cã po
tionis in genere cãe finalis. Jn eodẽ aũt gñe cãe ipoĩe est
D ꝙ idẽ sit cã alterius. ⁊ ecõuerso. ¶ Hoc viso sciendũ ẽ ꝙ
sicut cã est potior effectu ⁊ imponit necessitatem effectui
nõ ecõuerso. sic vnũ genus cãe ẽ supra aliud. Et cã i vno
genere iponit necessitatẽ cãe in alio gñe ⁊ nõ ecõuerso vt
finis iponit necessitatẽ efficiẽti. efficiẽs forme. forma ma
terie. sic ergo si ꝑ cãm ostdaf effectus erit demfatio potiſ
sima. si aũt ecõuerso nõ erit potissima. sic si ꝑ cãꝫ finalem
ostdatur cã ptinẽs ad gen⁹ cãe efficiẽtis poterit eẽ demõ
stratio potissima si aũt ecõuerso nõ erit potissima. ⁊ qđ di
ctũ est de fine respectu efficientis intelligẽdũ est de efficiẽ
te respectu forme. ⁊ đ forma respectu materie. potissima
igitur demonstratio nunq̃ꝫ est circularis. nec põt aliquid
ostdi per aliud ⁊ econuerso nisi varietur processus. ⁊ per
ꝯñs impeditur circulatio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Accidit aũt dicẽtib⁹ circulo dmfationẽ eẽ ñ
solũ ꝙ nũc dcm̃ ẽ ſꝫ nihil aliđ dicere q̃ꝫ hoc ẽ
si hoc est: sic eniꝫ facile est demõstrare omnia.

Argu. ¶ Euenit aũt hisce qui dicũt demõstrationem
versari: nõ solũ id qđ nũc ẽ dcm̃: ſꝫ ẽt nil aliud
dicere q̃ꝫ hoc est: si hoc est hoc vero pacto fa/
cile est oĩa demonstrare.

¶ Ostẽso hãc positionẽ eẽ nullã scꝫ. ꝙ cõtingat circulo de
mõstrare. Jn pte ista dato ꝙ cõtingeret circulo demfare
ostdit hãc positionẽ eẽ malã. qꝛ ex tali demõstratione nõ
aggeneraf scia vt ꝑdicta positio asserebat. Circa ꝙ duo
facit. qꝛ ꝑmo ꝓponit qđ intẽdit. 2° declarat ꝓpositũ ibi.
(Manifestũ ẽ aũt) Dicit ḡ (Accidit aũt dicentibus circulo
demõstrationẽ eẽ nõ solũ illud) icõueniẽs qđ nũc dictuꝫ
est. qꝛ cũ sit ostsũꝫ ꝙ nõ ꝯtingit circulo demõstrare: (sed)
scꝫ. accidit (aliud) inconueniẽs ꝙ circulo demõstrare (ni/
hil est dicere aliud q̃ꝫ ꝙ hoc est. si hoc est). i. est. a. si est. a.
⁊ b. si est. b. (sic aũt demõstrare oĩa ẽ facile). i. est supficia
E le ⁊ nõ lre ad ꝓfundũ ⁊ nõ aggenerare sciaꝫ. ¶ Notãdũ
aũt ꝯsuctudinẽ eẽ pħi rõnes supficiales ⁊ nõ sciẽficas
appellare rõnes faciles. vñ in ꝑ de generatione scribif
ꝙ ex multis sermonibus indocti existentiũ entes. i. q̃ sũt
idocti ⁊ nesciũt sciũt multos sermones ⁊ ad pauca respi/
ciẽtes enũciãt facilr. i. enũciãt đbilr ⁊ supficialr ⁊ nõ sciẽ
tifice apud pħm itaqꝫ facilis. i. leue idẽ sonat quod supfi/
ciale ⁊ non sciẽtificũ. igif in ꝓposito cũ ait ꝙ si ꝯtingeret
demõstrare circulariter tũc demõstrare omnia esset leue
quod idem sonat quod superficiale ⁊ nõ scientificũ. hi ḡ
sic errantes nõ solũ peccabant qꝛ dicebãt ꝙ ꝯtigit circu/
lo demonstrare: quod est impossibile: sed etiam errabãt.
qꝛ dicebant ꝙ ex tali demonstratione aggeneretur scia.
quod pꝫ esse falsum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestuꝫ autẽ est ꝙ hoc accidit trib⁹ ter/
minis positis. ꝑ mltos. n. aut paucos reflecte
re dicere nihil differt. ꝑ paucos aut per duos.
Cum. n. ex necessitate. a. fit. b. hoc autẽ. c. Cũ
igitur. a. fit ex necessitate erit. b.

¶ Atqꝫ pꝫ idipsuꝫ accidere tribus positis ter/ Argu.
minis. Siue eni ꝑ multos siue ꝑ paucos redi
re dicaf nihil ꝑfecto refert: atqꝫ ꝑ paucos etiã
duos. Nã qñ cũ a. sit: ẽ necessario b. Et hoc cũ
sit ẽ necẽio c. Tũ cũ a. sit necessario c. ipꝫ erit.

¶ Declarat qđ dixerat. Ad cui⁹ euidẽtiã sciẽdũ ꝙ demõ/
stratio circularis nihil aliud ẽ q̃ꝫ q̃dã argumẽtatio refle/
xa. Jn đclarãdo ergo ꝓpositũ tria facit pħs. qꝛ ꝑmo ostẽ
dit q̃uo habeat fieri ipsa argumẽtatio. 2° đclarat q̃uo ha
beat fieri argumentatio reflexa. 3° manifestat principale
intẽtũ. vꝫ. q̃uo dmfare circulariter ⁊ arguere flexibiliter
nihil aliud est q̃ꝫ ꝯcludere idẽ per ideꝫ. ⁊ dicere si hoc est
hoc est. ⁊ demõstrare oĩa facilr. i. supficialr ⁊ nõ sciẽtifi/
ce. scđa ibi (Si igif cũ sit. a.) tertia ibi (Ponaf. a. in quo
c. Dicit ḡ (Manifestũ est aũt qm̃ accidit hoc) scꝫ. inconue
niens. qđ dcm̃ est (tribus terminis positis reflectere quiſ
dem. n. per multos terminos vl per paucos dicere nihil
differt) ⁊ subdit (cũ sit. a. ex necessitate est. b. hoc autẽ cuꝫ
sit. b. est. c.) i. de necessitate erit. c. i. seqtur. cuꝫ igif. a. sit ex
necessitate erit. c. Jn hoc ergo nos docuit discurrere a ꝑn
cipijs ad cõclõnẽ: fm quẽ moduꝫ si ex pꝛio sequif scđm.
⁊ ex secundo tertiũ sequitur ꝙ ex primo sequaf tertiuꝫ:
vel si ex. a. seqtur. b. ⁊ ex. b. c. ꝯñs est quod ex. a. sequif. c.
¶ Notandũ aũt ꝙ pħs ꝑ eodẽ accipit. a. ⁊. c. Jntẽdit. n. F
vt patebit sic arguere. si ẽ. a. est. b. si est. b. ẽ. c. ergo si ẽ. a.
est. c. sed idem est. a. ⁊. c. igif si est. a. est. a. Jn demfone ḡ
circulari ꝯcludif idem ꝑ idẽ. demfare ḡ circulariter nihil
aliud est q̃ꝫ dicere si est hoc. est hoc. vt si ẽ. a. est. a. sic ergo
oĩa demfare ẽ facile. i. supficiale. ⁊ nõ aggenerat sciẽtiaꝫ.
¶ Notãdũ ergo ꝙ fm intẽtionẽ pħi. a. b. c. sunt tres ter G
mini ⁊ sunt duo. sunt tres fm vocẽ ſꝫ sunt duo fm reꝫ qꝛ
pro eodem accipit. a. ⁊. c. iõ aliqñ ait ꝙ nihil differt refle
ctere ꝑ paucos termios vt ꝑ tres: aliqñ ꝙ nihil differt re
flectere per paucos vt per duos: qꝛ termini assumpti vt
pꝫ per habita sunt tres ⁊ duo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igif cuꝫ sit. a. necesse est esse. b. hoc autez
cum sit erit. a. hoc enim inhereat circulo.

¶ Si igitur cũ a. sit necesse est b. ⁊ cuꝫ b. sit ne/ Argu.
cesse ẽ eẽ a. hoc eni erat circuli mõ versari.

¶ Docet nos reflectere siue docet nos circulariter argue
re dicens.(si igitur cum sit.a.necesse est esse.b.boc autē)
b i.b.cum sit est.a.hoc enim erit circulatio.¶ Notandum
aūt φ cū primo dixit si ē.a.est.b.si est.b.est.c.ergo si ē.a.ē
c.docuit nos arguere.nūc aūt cū dicit.si est.a.est.b.⁊ si ē
b.est a.docet nos arguere circulariter.qꝛ hoc ē arguere
circulariter procedere ab eodē i idē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ponat.a.i quo ē.c.b.igit cuz sit.a.eē dice/
re est ipz.c.dicere.hoc aūt ē:quoniā cū sit.a.ē
c.sꝫ.c.cū.a.idē est quare accidit dicere circulo
dicentes eē demōstrationē nihil aliud nisi cuz
sit.a.est.a.sic autē oia demonstrare leue est.

Argir. ¶ Ponatur a.eo in loco quo ipsum est c. Di/
cere igitur cū b.sit a.ipsuz esse:nil aliud ē q̄ȝ di
cere:cū b.sit.c.ipsuz eē. Id aūt nil aliud est q̄ȝ
dicere:cū a.sit c.ipsuz esse. At idē est c.⁊ a.q̄re
fit vt hi q cēsent orbis mō demōstrationē ver/
sari:nihil aliud dicāt q̄ȝ cū a.sit a.ipsū eē. Hoc
vero pacto facile est oia demonstrare.

¶ Postq̄ȝ docuit nos flectere ⁊ docuit nos arguere circu/
lariter:declarat quō arguendo circulariter probat idē p
idē ⁊ facile est oia dm̄rare.d.(ponat.a.i quo.c).i. ponat
φ idē sit.a.⁊.c.hoc posito arguat sic(.b.igit) su.est (cuz
sit.a.).i.cū sit.a.est.b.(eē dicere)su.b.(est dicere ipsū.c.)
i.cum sit.b.ē.c.(hoc aūt ē)dicere(qm̄ cū sit.a.ē.c.).q.d.
φ si ē.a.est.b.si est.b.ē.c.ergo seqꝛ de pmo ad vltimuz φ
si est.a.ē.c.(sed.c.cū.a.idē est.q̄re dicētes dem̄rationē eē
circulo accidit nil aliud dicere q̄ȝ cū sit.a.ē.a.sic quidē de
3 mōstrare oia ē leue.) ¶ Notādū āt φ si idē ē.c.⁊.a.⁊ ad
a.seqtur.b.⁊ ad.b.seqtur.c.seqtur φ ad.a.seqꝛ.a.argue
re circulariter nihil aliud est q̄ȝ dicere si hoc ē.hoc est. vt
si ē.a.est.a.sic aūt dem̄rare oia ē leue.i.ē supficiale ⁊ non
k sciētificū. ¶ Dubitaret forte aliqs vtrū possit pbari idē
p idē.⁊ vi φ sic:qꝛ q̄ sunt nota p aliud pbanꝛ p aliud.ḡ q̄
sunt nota p se pbanꝛ p se.sed multa sunt p se nota. ḡ mul
ta pbanꝛ p se ipsa vel pbari possunt.pbare ergo idez p
l idē ⁊ cōcludere idē p seipm nō est incōueniēs. ¶ Dōz φ
sicut accidit in cognitione sensitiua:vt puta i visu ita suo
mō circa itellectū cōtingit.videmus.n.φ aliq̄ sunt visibi
lia p aliud:vt p colorē ⁊ lucē.aliqua seipsis offerunt vi/
sui vt color ⁊ maxima lux.color.n.⁊ si aliquo mō deficia
per se visibili vel a visibili primo.hoc est qꝛ nō plene par
ticipat naturā lucis:sed ē q̄dā lux obūbrata aut opaca/
ta.ipsa tñ lux offert se visui ⁊ est seipsa visibilis:sic ⁊ i p/
posito cōclusiones cognoscunꝛ per principia. principia
autē ⁊ potissime dignitates ⁊ ppōnes maxime siue vl'es
sunt seipsis note. Statim.n.cum se offerunt itellectui no
stro assentimus eis:sunt ergo alique ppōnes note p se.ñ
tamē ppꝛie loquēdo sunt aliq̄ ppōnes pbate.p se. nam
pbare nō dicit qōcūqȝ cognoscere.sꝫ dicit cognoscere cū
discursu.hoc.n.ppꝛie est discurrere syllogistice ab vno i
aliud. Si ergo maximas ppōnes sine discursu cognosci
mus ppōnes hꝫ nō ppꝛie pbanꝛ.qꝛ nō itelligunꝛ cū di
scursu.sed pma facie se offerunt itellectui.ē ergo deueni/
re ad aliquas ppōnes p se notas:sꝫ nō est dūenire ad ali
q̄s ppōnes q̄ seipsas ɔcludāt vel que ppꝛie seipsas pbēt
qꝛ tales ppōnes nō pbanꝛ.i.nō itelliguntur cū discursu.
qō ergo arguiꝛ.qꝛ qō est notū p aliud pbaꝛ p aliud bene
sequiꝛ.sed qō subiungiꝛ.qō est notū p se pbaꝛ p se.nō se
quiꝛ.qꝛ quod est p se notū nō pbaꝛ. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ At vo nec hoc possibile ē nisi i his quecūqȝ
alternatim se consequuntur sicut sunt ppꝛia.

¶ At vero nec idipsū fieri pōt nisi i hisce q̄ mu Argir.
tuo se sequunꝛ queadmodū ipsa propria.

¶ Ondit hos errores nō solū.qꝛ dicebāt φ ɔtigebat circu
lo dem̄rare ⁊ φ ex tali dem̄ratione aggenerabaꝛ scia. sꝫ
ēt,errabāt qꝛ dicebāt oiuz eē hꝫ sciaz.vꝫ.p dm̄ratōez cir
cularē. Intēdit āt talē rōnē.nō pñt pbari circulariter nisi
q̄ sūt ɔuertibilia ⁊ q̄ pbanꝛ syllogistice p pm̄ pꝫ figure. er
go nō oia pñt circulariter dem̄rari. ¶ Adducēdo āt hāc
rōnē.q̄tuor facit.qꝛ p ondit φ ad pbandū aliqd circula
riter reqriꝛ ibi conuertibilitas terminoꝝ. scdo declarat
φ reqriꝛ ibi ordo syllogisticus. 3° manifestat φ opꝫ hoc
fieri solū in pꝫ figura.q̄rto ex oib⁹ his cōcludit φ cuz oia
nō sint cōuertibilia nec oia possent sic syllogistice pbari:
⁊ φ nō oiatimo valde pauca sūt illa q̄ pñt circulariter de
m̄rari.scda ibi.(Uno qdē posito.)tertia ibi.(Si qdē igiꝛ
⁊.a.)q̄rta ibi.(Quare qm̄ q̄ȝ pauca.)Dicit ḡ(at vo neqȝ
poſe est hoc).i.neqȝ est poſe pbare circulariter(nisi i his
q̄ alternatim se cōsequuntur sicut sunt ppꝛia).i.nisi i his
q̄ sunt conuertibilia.q.d.φ ad probationem circularem
reqritur conuertibilitas terminoꝝ. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Uno qdē posito ońsuz est φ nequaq̄ȝ neces
se ē aliqd eē alteꝝ. Dico aūt vno φ neqȝ termi
no vno neqȝ ppositiōe vna posita. Ex duab⁹
aūt propositionibus primis ⁊ minimis ɔtin/
git:sic quidē contingit ⁊ sillogizare.

¶ Demonstratū est igitur prius vno qdē posi Argir.
to nūq̄ȝ necessario aliqd aliud eē:vno inquaz
aut termino aut positione. Ex duab⁹ aūt posi/
tionibus primis ac minimis fieri posse si qui/
dem ⁊ ratiocinari contingit.

¶ Ondit φ ad hꝫ pbationē reqriꝛ ordo syllogistic⁹. Dic
ḡ.(Uno qdē posito ońsuz est.)su.in priorib⁹ φ(nequaq̄ȝ
neceē aliqd alteꝝ eē).i.aliqd alteꝝ accidere vl' aliqd al/
teꝝ seq.⁊ subdit(dico āt qdē vno qm̄ nec vno termio nec
vna ppōne posita)sit.seqꝛ aliqd(ex duab⁹ aūt ppōnib⁹
pmis).i.ex duab⁹ pmissis(⁊ minimis).i.ad min⁹(ɔtigit)
su.seq aliqd.(sic ɔtigit qdē syllogizare)possꝫ ḡ rō sic for
mari.ad quālibꝫ ɔñiā tā circularē q̄ȝ aliaꝫ:tꝫ φ ex vna
nihil seqꝛ.reqrūꝛ due ppōnes siue due pmisse.sꝫ sic ɔtin
git syllogizare:⁊ iste ē ordo syllogistic⁹.ḡ ad q̄libꝫ ɔñaꝫ
tā circularē q̄ȝ aliā reqriꝛ ordo syllogistic⁹. ¶ Noᵐ āc φ m
ad oēꝫ ɔñiaꝫ reqriꝛ ordo sylłstic⁹.⁊ reqrūꝛ due ppōnes
⁊ tres termi.qꝛ oia ɔña vel ē syll's vl' reducibil' ad syllꝫ.
¶ Dubitaret forte aliqs quō vno posito siue vna ppōne
siue termio vno nō seqꝛ aliq̄ ɔ. ¶ Dōz φ ɔ q̄cūqȝ sit illa n
ē aliq̄ hitudo alicui⁹ pdicati ad aliqō subꝫ.⁊ qꝛ nihil cō/
cludiꝛ p seipꝫ opꝫ φ p aliō.i.p mediū terminū ɔcludaꝛ hꝫ
hitudo.ḡ p hitudinē quā hñt pdicatū ⁊ subm ad mediuz
terminū q̄ habitudo sumiꝛ in pmissis.pꝫ quā hitudinez
hñt pdicatū ⁊ subm inter se.qō declaraꝛ in ɔclusione. in
premissis opꝫ ergo accipe quā habitudinē hꝫ pdicatū.i.
maior extremitas ad mediū ad hoc φ inferaꝛ ɔclusio. ⁊
quā habitudinē habēt maior ⁊ minor extremitas inter
se.ex habitudine ḡ quā hꝫ vtraqȝ extremitas ad mediuz
φ sic i pmissis iferaꝛ q̄ sit hitudo extremitatū iter se : qō
sit in ɔclusione.quare si in pmissis acciperꝛ solū vna ppō
nō sumereꝛ habitudo medij ad vtrāqȝ extremitatē:sꝫ ad
alterā tm̄.nō ergo ex hoc possum⁹ ɔcludere q̄ eēt habitu
do extremitatū inter se.igiꝛ si debeat p mediū triū infer/
ri habitudo vtriusqȝ extremitatis iter se qō sit in ɔclusio
ne opꝫ φ i pmissis accipiaꝛ hitudo vtriusqȝ extremitatis
ad mediū. ⁊ qꝛ ad h̄ ad min⁹ reqrūꝛ due ppōnes ñ suffic̄

vna. ergo ex vna propositione nulla sequitur cõclusio sȝ ad minus requiruntur due ꝓpositiones: ⁊ ad minus requiruntur tres termini. q̄ȝ due ꝓpositiones ex minus q̄ȝ ex tribus terminis cõstare non possunt. bene ergo dictuȝ est ꝙ posito vno. i. posita propositiōe vna nihil sequitur vt est ꝑ habita manifestum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si q̄deȝ igit̄ ⁊.a. ipsi.b. ⁊.c. inhereat. ⁊ hoc adinuicē ⁊ ipsi.a.c. sic quideȝ contingit ex alterutris monstrare oīa quesita ī prima figura sicut ostensuȝ est ī his que de syllogismo sunt. Ostensum ē aūt ꝙ in alijs figuris aut non fit syllogismus aut non de acceptis. Nō autem p̄dicari eq̄lr̄ neq̄ q̄ȝ est monstrare circulo.

Argu. ¶ Si igit̄.a. ⁊.b. ⁊.c. mutuo se sequant̄: sic tn̄ fieri pōt vt ostēdātur ex sese mutuo cūcta que postulata sunt in p̄ria rōcinatiōis figura: vt ī libro prioꝝ ondimus: quo loco ēt patuit ceteris ī figuris aut n̄ fieri rōcinationē: aut n̄ ex hisce fieri q̄ sūt sūpta. Ea v̄o q̄ p̄dcatione nō suscipiūt mutuā fieri nō pt̄ vt mutuo demr̄ent̄.

¶ Ostenso ꝙ ad circularē cōsequentiā req̄rit̄ conuertibilitas terminoꝝ ⁊ ordo syllogisticus. In p̄te ista declarat ꝙ opȝ hoc fieri solum ī prima figura. d. (si q̄dē igit̄. ⁊.a. ipsi.b. ⁊.c. inhereat) sc̄z. cōuertibiliter (⁊ hoc ⁊ ipsi.a. insūt adinuicē). i. cōuertibiliter. (sic q̄deȝ cōtingit) syllogistice (demr̄are ex alterutris). i. cōuertibiliter. (in prima figura. sicut ostēsum est in his q̄ sunt ī syll'o). i. in sc̄do priorum
Cap. v. ⁊ alibi. (ostēsum est aūt) in illo libro (ꝙ in figuris alijs) a p̄ma (aut nō fit syllogismus) circularis. (aut nō fit de ꝓpōnibus acceptis.) sed de alijs. opȝ ergo talē syllogismuȝ fieri in p̄ma figura ⁊ fieri ex terminis eq̄liter p̄dicātibus. i. conuertibilibus. Jō subdit ꝙ (nō autē eq̄liter p̄dicātia). i. ꝑ termi-
A nos nō cōuertibiles nequaq̄ȝ est circulo demr̄are. ¶ Dubitaret forte aliq̄s q̄uo solū in p̄ma figura ⁊ ꝑ terminos ꝯuertibiles fit ꝓpositio circularis. in alijs aūt figuris vel non fit circulatio. vel si fit ad hoc non sufficiunt ꝓpositio-
B nes accepte. sȝ opȝ sumere ꝓpōnes alias. ¶ Dōm ꝙ ad ꝑfectaȝ circulationē opȝ ꝙ ꝑ ꝯclusionē ꝯcludat̄ vtraq̄ p̄missarum ita ꝙ ꝑ vtrāq̄ p̄missaꝝ ꝯcludat̄ ꝯclusio ita vt fit ꝑfecta circulatio ⁊ fit ꝓcessus ab eodē in idē. pȝ ꝙ per ꝯclōneȝ cōcludat̄ vtraq̄ illaꝝ vt ꝙ ꝯcl'o cū conuersa minoris inferat maioreȝ. ⁊ cū cōuersa maioris cōcludat minorem. q̄d non pōt fieri nisi in terminis cōuertibilibus: vt ponantur termini cōuertibiles homo. disciplinabile. risibile. ⁊ fiat talis syll'a. oīs hō est disciplinabilis. omne risibile est homo. ergo oē risibile est disciplinabile. ꝑ hāc autē cōclusionē cū cōuersa minoris cōcluditur maior. vt omne risibile est disciplinabile. oīs hō est risibilis. que ē cōuersa minoris. ergo oīs hō est disciplinabilis. que fuit maior. sic ēt cū cōuersa maioris ⁊ cōclusione cōcludit̄ minor vt oē disciplinabile est hō. q̄ est conuersa maioris. oē risibile est disciplinabile. que fuit ꝯcl'o prioris syllogismi ergo oē risibile est hō. que fuit minor syllogismi prioris.
